Apostolico sibi concessam,
quam exercere non neglexit.

[Caput duodecimum.]

Tempore fame et caristie
Lantgravio ad curiam Friderici
imperatoris quam in civitate Cen-
sum celebravit profecto, ne ma-
lediction[em] incurreret prophetic-
am, que dicit, maledictus qui
abscondit frumenta in populis,
ex intimo cordis affectu esurien-
tibus compassa omnem anno-
nam de suis granariis et hor-
reis collectam non abscondit,
nec quidem emere volentibus
vendidit, sed elemosinas pau-
perum expendit, plurimis
diebus tantum (F) singulis tri-
buens, quantum ad eorum susten-
tacionem necessario sufficere
poterat. Joseph cum (+ potestatem?)
potestatem haberet super omnem hor-
rea Pharaonis, Egyptiis annonam
vendendo, omnes Egipti divicias
in thesauros regios congregavit.
Beata vero Elyzabeth propter
Christum omnia gratis dona-
vit. Manebat tunc temporis
in quodam altissimo castro,
sub quo erat domus magna et
ampla, in qua plurimos reple-
nebat infirmos, qui communem
elemosinam expectare sed
locum distribucionis adire non
poterant. Quos non obstante

Jd O Landgrafen-Urkunde, wie regierend

F Ex libellis de dictis... Gut sein dir bruns Entwurfe Abwinfing, multis tantum dari singulis diebus quantum necessitati ejus erat, et quantumlibet ipsa dabat, divina providentia ipso die sufficiebat. M. II, 2017 C.

F Libellus, 2017 C: sub castro Wartberg altissimo, ubi tunc ~~erat~~ fuit, erat magna domus...